



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

24. Coram Rege sed frustra Christum prædicet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

176 De Vita & gestis S. Franc. Xauerij,

ex lege vixerimus non posse. En qui vetant præter vnum credi , & coli Deum ; præter vnam haberi vxorem , & his similia occinebat ; quibus in utramque partem ad regem delatis , rem per se statuit explorare , sibi hos iubet , qui sint interrogari ? vnde nam gentium ? cur illuc venerint ? conditione illorum comperta , auditio que consilio suscepit ex Europa , in Iapones nauigationis , ad eum eiusque populos æternos exemptos exitio , in beatitatis æternæ viam inducendos , quod vna poterat veri Dei cognitio , & legum eius obseruatio præstare ; legis illius , subintulit Rex , sumam , rationesque mihi edicite.

24

Coram Rege
sed frusta
Christum
prædicet.

Iaponum , conditi orbis primordia repetit , quæ ad hoc temporis illic nouerat nemo ; tum egit de animæ immortalitate ; de fine hominis ultimo & eiusdem lapfu ; de æternitate præmiorum & suppliciorum ; deque aduentu liberatoris magni , qui & meritis pœnis eripuerit reos , & amissiis iis dona , & præmia redderet : Voltu rex composito , & graui cum se ita dictis attentum præbuisset , ut ne verbo quidem interiecit sermonem turbaret , nullo utramvis in partem approbantis , aut improbantis dato indicio , illos humanissime dimisit . Nempe ille de cœlo benefici , & præpotentis asperitus oculi , sanando Amanguccio destinatus , nondum illuxerat qui quarto post mense ad Apostoli redditum illuxit , Deo urbi salutem , serui sui caritate , & patientia interim præparante . Tum quidem illic cum frusta deinceps futurus videretur , Deo inspirante Meacum se contulit , haud sibi aliquid inde melius spondens quam Amanguccij , verum ut illuc aditum panderet hominibus de societate , eius in futurum vestigia pressuris , & pedum cruenta laceratione , calles iis signaret patientia inuicta , qua tam ærugo in itinere arserat , & duraret .

25

Meacum
quæ & quāta

Iamascir regni Metropolis , & Iaponici sedes imperij Meacum , situm nocta est infelicissimum ; procul nempe à mari ad Aquilonem versa , macilento , & syluo solo , cincta montibus præaltis , frigori proinde illorum asperrimo vehementer obiecta , cui depellendo , ægre ligna ad focum suppeditunt ; victu verò adeò tenui , ut extra legumina , & olearia vix quicquam vulgus adhibeat . Magnificum igitur Meaci nomen (quod rem significat visu dignam) nec amoenitatem nec diuitias innuit , sed aulae splendorem , & multitudinem ciuium innumerabilem . In regna quatuor eius portigitur ditio Iassumi , Tambæ , Tanocuni , & Vomi , ex quibus Tense , quam vocant , imperium constat . Supersunt murorum veterum hinc sparsæ , velut cadaveris immensi reliquiae , ex quibus nonnulli , Meaci antiquæ amplitudinem metiuntur , & volunt in viginti milliaria protensam , latam noverim ; domorum millia complexam trecenta , sed quæ ultra vnam contignationem non surgerent , quod utrumque ad verum accederet , si suburbiorum comprehendant alas ; sed longè certius , ex tria hodieque illorum parœnia , Meacum demptis suburbis ægræ centum millia ædium habuisse ; inter quas aliquot centena Palatiorum , & cœnobiorum ,